

ſæ: Literas ſi non potes celerius aut
commodius, vel poſtæ tradas, ſim-
plices quidem & ſine mfarctu. Di-
rige Ratiſbonam & commendā Ma-
gistro poſtæ. Vale. D. 3. Junii an. 1613.
Lincii.

J. Kepplerus Matthia& Berneggero

S.P.D.

Superveni Memhardo, diſidiique
illum ad te ſcribere, amicissime
Berneggere. Raptim igitur hæc ad-
do, quia cætera ſcripsi non unis lite-
ris, ad quæ reſponſum expeſto.

Correctio ultima de Lysania &
Abilebe cecidit infeliciter: ſi eſt im-
pressa, ferendum eſt, ſin minus, o-
mittatur. Duos enim habet errores.
Falsam affirmat Plinius Chalcidem
ad Belum amnem ſitam, falſum affir-
mat Tacitus Belum in mare Judai-
cum (id eſt Genesareth) influere.
Hoc unum. Strabo errorem detegit
in